

Carta, o Breve de Innoc. XI.
al Rey Carlos II. por la violación
de la yta del escorial para
prender a D. Fern. de Valenzuela.
La Relación está en el tomo 4
de los meritos fol. 180.

4

67

388 198

Sanissime in Christo Fili nobis salutem etta.

Ex intimi doloris sensu, quum in nobis exultavit ~~et~~ Domus Dei custodie nostra ab ipso
mandata, praesente Maiestati tuae litteras, non tam atramento, quam lachrymis inter scribendum
ingitur fluentibus, exoramus, accepto tristissimo nuncio Regium, sanctissimumque Divi Laurentij
templum, sub oculis et contra mentem Maiestatis tuae, quae inter amplexissimum auctae hereditatis-
gatumonium praecipue recenset obsequium, ac bene ^{venerationem} rationem, immunitati Ecclesiae debitum, immani
sacrilegio violatum, ac profanatum fuisse; et sane eo processit gentis temeritas, ut omni erga sacratio-
res aras, et insignes Sanctorum reliquias, exorta reuerentia, ne ab ipso quidem sacratio, ubi re-
positum asseueratur augustissimum Sacramentum Coram quo summius Caeli columna, et ipsi altio-
ris ordinis Angeli contemnuunt, abstinerant impias manus; ad tam atroce spectaculum, lapides
ipsi, quibus sanctuarium illud constructum, si sensu praediti essent, execrandum vltui facinus in sa-
cilega capita irruerent. Maiestatem tuam pro explorato habere volumus, nos non minus, quam tu
ipse studio flagrare habiende in Regno tuo tranquillitatis, qui publicam ab ipso nostro Pontificatus
exordio conciliare aggressi; nullum in id officij genus omisimus, neque omitemus, dum rem bene, Deo-
iuuante, ad optatum exitum perducamus. Verum eius asequenda ratio non in contemptu Sacrorum
Canonum, et Ecclesiae auctoritatis, sed in puniendis potius eius violatoribus sita est, ac in exsequendis
prompte libenti que animo monitis, consilijs que illius, qui Maiestati tuae amantissimi parentis loco
est; et cui propterea de tua, tuorumque salute populozum in primis soluto omnem prestare fidem
debet: illud humanum tuo ratio reputamus, parum tibi profuturam temporalem terrarum Reg-
norum possessionem, si caelestis iacturam in eternum patiaris. Satis manifesta nobis apparuerunt
Diuina indignationis flagella aduersus adum sacrarum profanatores, neque eius vindictam
evant, qui ad arcam fidei manus, quantumvis adiutium extendit, ut de alijs similibus
exemplis, quorum plena sunt sacra pagina ileamus. Speramus tamen Maiestatem tuam,
Regna que tua ab huiusmodi periculo longe affutura, ubi religiosissimorum Regum maiorum-
tuorum exemplis imitens palam feceris, quam iusta in eos indignatione exarseris, qui spretis,
per summum scelus, censuris Ecclesiasticis, violentas in domo Dei in Marchionem & Villa-
riana manus iniicere, atque ipsum inde per vim extrahere non dubitarunt: cum pro certo ha-
beamus te, si domi tuae longe minori iniuria ab aliquo afficeris, in vltam illam non relicturum. Ad
Archiepiscopo Cesarea, a quo Maiestati tuae haec nostrae litterae reddentur, orna voce fuis cognosce-
constantes animi nostri sensus, et quantum in Regia pietate tua fiduciam reponamus, Maiesta-
tem tuam minime paucuram, ut nos in hac animi tristitia diutius manentes, quasi desperato
remedio necesse habeamus ante Crucifixi sacram imaginem in genua prostrare, et Regem
Regum, ac Dominum dominantium in intimo cordis affectu Davidis verbis exorare, ut surgat, et iudicet
causam suam. Maiestati interum tuae Apostolicam benedictionem amantissime impartiamur. Datum
Romae die 11 Martij 1677 Pontificatus nostri anno primo.

AVSA

Handwritten notes at the top of the page, including a signature and date.

Main body of handwritten text, appearing to be a letter or a formal document, written in a cursive script.





Q82

11

